AUGUSTINUS
Reims 2. Drittel 9. Jh.
Seite 13v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1007
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uel pgredi
adfectionem animi eius aduertimus; & tuba sonante milites, uel regredi
et si quid aliud pugna postulat oportere nouerunt, signorum
igitur alia sunt naturalia. alia data, naturalia sunt quae
sine uoluntate atque ullo appetitu significandi per se aliquid
aliud ex se cognoscit facunt. sicut est fumus significans ignem,
nam enim uolens significare id facit. sed rerum expertarum
animi aduersione et notatione cognoscitur ignem subesse. etiam
si fumus solus appareat, sed et uestigium transeuntis animan
tis ad hoc genus pertinet. & uultus irati seu tristis adfectionem
animi significat. etiam nullius eius uoluntate. qua autem iratus aut
tristis est. aut si quis alius motus animi uultu indice proditur.
etiam nobis non adidagentibus uel prodatur, sed de hoc toto
genere nunc disserere non est propositum, qm tamen incidit
in partitionem nostram. praeterire omnino non potuit.
atq; id hactenus notatum esse sufficeret, Data uero signa
sunt. quae sibi quaeque uiuentia inuicem dant ad demons
trandos quantum possunt motus animi sui uel sensa aut
intellecta quaelibet, nec ulla causa est nobis significandi. id est
signidandi. nisi ad depromendum et traiciendum in alterius
animum id quod in animo gerit qui signum dat, horum igitur
signorum genus quantum ad oms attinet considerare atque trac
tare statuimus. quae et signa diuinitus data quae scripturis scis
continentur. phomines nobis indicata sunt quae conscripserunt,
habent etiam bestiae quae dam inter se signa. quibus produnt appe
titum animi sui, nam et gallus gallinaceus re per to cibo. Dat
signum uocis gallinae occurrat. & columbus gemitu columbam
uocat. uel abeunti sim uocatur. et multa huius modi animad
uertisolent. quae utrum sicut uultus, aut dolentis clamor sine
uoluntate significandi sequantur motum animi. an uere
ad significandum dentur. Alia questio est et adhuc quae agitur pertinet.